

scientes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commenda-  
vit, & tradidit, ut in amore & voluptatibus adolescentiam  
suam collocaret, & tu hanc vitam & studia defenderes? Ego  
si quis (iudices) hoc robore animi, atque hac indole virtutis  
ac continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque  
vitae suae cursum in labore corporis, atque in omni contentione  
conficeret? quem non quies, non aequalium studia, non ludi,  
non convivia delectarent, nihil in vita expetendum putaret,  
nisi, quod esset cum laude & cum dignitate conjunctum: hunc  
mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque or-  
natum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fa-  
bricios, Curios, omnesque eos, qui haec ex minimis tanta fe-  
cerunt.

Verrin. 7. Quid censetis? furtum fortasse aut praedam ex-  
spectatis aliquam: nolite usque quaque quidem quaerere.

Pro Ligar. Apud quem igitur haec dico? nempe apud eum  
qui cum hoc sciret, tamen antequam me vidit, Respubl.  
reddidit.

### CAPUT XXXIII.

#### P E R M I S S I O

est, cum facti cujuscumque licentia condonatur, ut:  
In quo ego quid eniti aut quid efficere possim, malo  
in aliorum spe relinquere, quam in Oratione mea  
ponere. Cic. Divinat. in Verr.

(Alii permissionem sic definiunt: *Permissio est, cum qua-*  
*dam non explicamus, sed aestimanda auditori (iudicibus ad-*  
*versariis) relinquimus. Auctor ad Her. Lib. 4. hoc modo:*  
*cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere &*  
*concedere alicujus voluntati. Quintil lib. 2. cap. 2. cum ali-*  
*qua ipsis iudicibus relinquimus aestimanda, aliqua nonnun-*  
*quam adversariis quoque: ut Calvus Varinio? Perfrica*  
*frontem, & dic te digniorem, qui praetor fieres, quam Caro-*  
*nem. Graece dicitur ἐπιλογη.*

In.

Interdum Perm

Sollicit is superis

Sollicitat: neque

1. sequere Italiam

(Verba sunt l

scum se accepisse

fum Dido perimitur

ta, sed ironice sive

1. Cor. 7. v. 36

suam suam commu

debet fieri: quid

monio.

Cic. Agrar. 2. 6

bris orueris, quamp

niam commo dum est

Pro Rosc. Qua p

pro dicere, pluribu

(iudices) conjectu

Reliqui impe, di

Pro Flacco. Li

trouemus erectos:

niam vicissim nos

C O

est, cum dictu

natur. Graece i

Notae ejus

fit ita, & sin

fatis autorib

flagitiorum

rator, CIC B I

Interdum Permissioni Ironia miscetur, ut *Æn.* 4.

*Scilicet is superis labor est, ea cura quietos  
Sollicitat: neque te teneo, neque dicta refello:  
I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.*

(Verba sunt Didonis ad Æneam, qui a Mercurio mandatum se accepisse ait, ut Carthagine cedat. Quem discessum Dido permittit quidem, verum non ex animi sententia, sed ironice sive simulate, cum libentius eum detinuisset.)

### Exempla alia.

*I. Cor.* 7. v. 36. *Ceterum si quis aliquid indecerum in virginem suam committi putet, si florem ætatis excedat, & ita debet fieri: quod vult faciat: non peccat; jungatur matrimonio.*

*Cic. Agrar.* 2. *Si quid est quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris, quanquam iniquum est, tamen consume sane, quoniam commodum est, quoniam tu quidem attulisti.*

*Pro Rosc.* *Quæ posita sunt in suspicionibus, de quibus, si cæpero dicere, pluribus verbis sit differendum: ea vestris ingeniiis (judices) conjecturæque committo.*

*Reliqui impedimenta: sed cogita ipse quanto cum dolore.*

*Pro Flacco.* *Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus eiectiones: nimicæ pietatis & summi authoris in patriam vicissim nos pœnas (si ita Diis placet) sufferamus.*

### CAPUT XXXV.

## C O N C E S S I O

est, cum dictum aliquod aut argumentum condonatur. *Græce dicitur παρομολογία.*

Notæ ejus præcipuæ sunt: *Esto, fac, sit sane, sit ita, & similes: ut Æneid.* 10. *Italiam petiit fatis autovibus, esto. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium princeps: at est bonus Imperator. CICER. Verr.* 7.